# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

# Meritum q
## cum uariis

Securus celsa conscendit qui se in paulo minoribus approbauit et certo precedit uestigio qui gradatim potitur accepto. Sine merito siquidem remuneratum putatur omne quod subitum est, nec inexploratis suspicionem refugit quod repente prouenerit. Econtra omnia deliberata sunt robusta et totum bonis actibus optinuisse creditur qui post documenta laudate milicie promouetur.

Cassiodorus libro I.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

inexploratis] in exploratis P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; repente] repetente $L^2$